

Preghiere eucaristiche della riconciliazione

SACRA CONGREGATIO PRO SACRAMENTIS ET CULTU DIVINO - PROT. CD 658/80

ITALIAE

Instante Eminentissimo Domino Anastasio Card. Ballestrero, Archiepiscopo Taurinensi, Praeside Coetus Episcoporum Italiae, litteris die 8 iulii 1980 datis, vigore facultatum huic Sacrae Congregationi a Summo Pontifice IOANNE PAULO II tributarum, interpretationem italicam Precum Eucharisticarum pro Missis de reconciliatione, prout in adiecto exstat exemplari, perlibenter probamus seu confirmamus.

Quae Preces Eucharisticae adhiberi valent donec aliter a Sede Apostolica provideatur.

In textibus autem imprimendis mentio fiat de confirmatione ab Apostolica Sede concessa. Eorundem textuum impressorum duo exemplaria ad hanc Sacram Congregationem transmittantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, die 23 decembris 1981.

VERGILIUS NOÈ
a Secretis a.

+ JOSEPHUS CASORIA
Pro-Praefectus